1514° in Augusto

107

Sigismundus Primus Rex Poloniæ Mathiæ de Drzewica Episcopo Cu=javiene, Regni Poloniæ Cancellario Vilnæ agenti. —

Rendmi Domine sincere nobis Dilecte — Die Mercurij proximo expedivimus hinc Exercitum nostrum, contra hostes nostros à quo hesterna die lætum nuntium accepimus de profligatis per eum supra mille hostibus Missi sunt nobis ex hoc prælio Quadragin=ta nobiles Captivi, et inter eos Dux Exercitus hostilis. Speramus, quod Dominus Deus, his prosperis rerum inimicis, fælices exitus pro sua pietate accommodare dignabitur. Tua Pta sit bono animo, et vivat, ac valeat fæ=liciter — Ex Castris apud Borissov. Anno Domini, Millesimo Quingentesimo Decimo Quarto —